



2

ILLVSTRISS. ET REVEREND. D.^{mo}

D. FRATRI AVGUSTINO DE IESV ARCHIEPISCOPO
& Domino Bracarenſi Hispaniarum Primati,
& domino suo colendiss.

F. BERNARDINVS MORELLVS AVGUSTINIANVS
Salutem & felicitatem perpetuam.



V M Honos sit p̄mium virtutis Illuſtriss. ac Reuerendiss. Pr̄ſul, mirum non eſt ſi Regia Maeftas te ad ampliſſimum Archiepifcopatus gradum euexit, & mirum non erit ſi te in dies ad maiores ac maiores dignitates & honores effe- ret: nam tanta eſt tuarum incredibilium virtutum ma- gnitudo vt earum fama vbiq̄ue iam peruagauerit; Itaque ad nos Italos allata amarūt te plurimum omnes, ad quos ea peruenit: Ego autem non ſolum amauī ſed ſtatim me tibi ita addixi vt nihil potius habuerim, quam te de fa- cie cognoscere ac in perpetuum me tibi consecrare; Quod quia itineris longin- quitas non permisit; has meas Musicales elucubrationes emissurus non alteri quam tibi Pr̄ſul dignissime, ac M̄cenas optime dicare volui, vt ſaltem hoc pacto animi mei erga te propensionem agnosceres, eft quidem munus tantē dignitatis impar, agnosco, fateor. Sed quid a Fratre Augustinianę familię professo. ac pro- pterea paupere atque egeno maius dari poterat? ſunt hęc ingenij mei pr̄mitiæ quas vt olim Patres Vet. ſoli Deo offerre ſolebant ita ego tibi offero, & ſacro, & fi tibi viro ſapientiſſimo: & in omnium ſcientiarum genere versatiſſimo non di- ſplicere intellexero, animus profecto meus ad maiora aggredienda ſe accinget, eaque ſub glorioſiſſimo nomine tuo in Iucem prodire curabo. Interim me ho- minem quidem ignotum ſed nomini tuo addictiſſimum in ſeruorum tuorum nu- mero adſcribere ne graueris. Deus Opt: Max: D. T. Illuſtrissimam & Reuer. diū nobis in columnen ſeruet. Montisflaſconis die primo Ianuarij 1598.